



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Oratio siue Preces

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

2. Theff. 3. 9. 1. Hebr. 13. 9. 19. Orandum preterea est pro Pastoribus & Doctoribus Ecclesie, Matth. 9. 38. Luc. 10. 2. pro mutua illustratione Dei patris & filii glorie, exemplo Christi, Ioan. 17. 9. 1. &c. pro regno Dei, Matth. 6. 10. pro quibusvis hominibus, Regibus & aliis in quibuslibet eminentia constitutis, 1. Timoth. 2. 2. & 1. 2. pro sapientia & intelligentia rerum spiritualium, Iac. 1. 5. pro ægrotis, 1. 14. In oratione nostra nihil debemus dubitare, Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Ioan. 14. 13. & 16. 24. Iac. 1. 6. Orationes nostræ ex fide profectæ valent etiam pro fratribus nostris, 1. Cor. 5. 2. 14. 15. Orationes sanctorum offeruntur ab Angelo, Apocal. 8. 3. ad orandi studium adhortatio, Matth. 24. 42. & 25. 13. Marc. 13. 33. Luc. 18. 2. Coloss. 4. 2. 1. Theff. 5. 2. 17.

Orandum ubique locorum, Psalm. 103. 22. Ierem. 23. 24. Ioan. 4. 23. 1. Cor. 1. 21. Timoth. 2. 8. cum fiducia, 1. Paral. 17. 25. Matth. 21. 2. 21. Marc. 11. 24. Ioan. 14. 13. & 15. 24. Iac. 1. 6. 1. Ioan. 5. 14. orandum in nomine Iesu, Ioan. 14. 13. & 15. 16. & 16. 23. 26. 1. Ioan. 5. 14. orandum in Spiritu sancto, Iud. 9. 20. orandum Spiritu, 1. Cor. 14. 15. orandum indefinenter, Psalm. 119. 26. Matth. 7. 7. Luc. 11. 9. & 18. 1. & 21. 36. & 24. 42. & 25. 23. Marc. 13. 33. Act. 6. 4. & 10. 2. Rom. 12. 12. Ephes. 6. 18. Coloss. 4. 2. 3. 1. Theff. 3. 10. & 5. 17. 1. Theff. 3. 11. Tim. 5. 2. 5. 2. Tim. 1. 3. 1. Pet. 4. 7. & 5. 9. orandum pro ægrotis, Iac. 5. 14. pro impiis, Exempla: Abraham pro Sodomitis, Genes. 18. 23. Loth pro Segor, 19. 2. 19. Abraham pro Abimelech, 20. 17. Moles pro Hebræis idololatris, Exod. 13. 9. 10. Contra Core, Dathan & Abiron, Num. 16. 48. Samuel pro Saule, 1. Samuel. 15. 35. orandum pro inimicis, Numer. 15. 22. 2. Machab. 3. 33. Matth. 5. 44. Luc. 6. 28. & 23. 34. Act. 7. 60. pro fausto Euangelii successu, Rom. 15. 30. Ephes. 6. 19. Coloss. 4. 3. 1. Theff. 3. 25. 2. Theff. 3. 1.

Orare quemadmodum oporteat, ignoramus, Matth. 20. vers. 20. Marc. 10. 35. Rom. 8. 20. Iac. 4. 3. Orare alium pro alio debere, Ierem. 42. 9. 2. Baruch 1. 13. 2. Machab. 1. 6. Ephes. 6. 18. Coloss. 4. 2. 1. Theff. 5. 25. 2. Theff. 3. 1. 1. Tim. 2. 1. Iac. 5. 16. quibus locis ostenditur orationibus mutuis iurare se debere fideles, Exempla: Corinthii, 2. Cor. 1. 11. Hebræi, Hebr. 13. 18.

Oratio vera que, Rom. 8. 27. & 19. 14. Dei promissionibus niti debet, Exod. 32. 13. Deut. 9. 27. Oratio Dei verbo coniuncta creaturam sanctificat, 1. Tim. 4. 5. oratio ieiunio coniuncta, Matth. 17. 21. Marc. 9. 29. Luc. 2. 37. Act. 3. 33. & 23.

Orationis vera regula seu formula, Matth. 6. 9. Luc. 11. 2. Iac. 5. 16. Oratio quomodo, quando, cui, & ubi fieri debeat, & qui petendum, Num. 11. 2. 16. 24. Deut. 4. 7. Iudic. 10. 15. 1. Sam. 1. 11. 2. Sam. 12. 2. 2. 7. 1. Reg. 3. 7. Tob. 3. 11. Iudic. 4. 11. Eccles. 35. 26. Esai. 3. 24. Amos 7. 2. Matth. 6. 9. 5. 6. & 7. 7. & 18. 19. & 20. 20. & 21. 22. & 25. 38. Marc. 11. 24. & 13. 33. Luc. 11. 2. 9. & 18. 1. & 22. 40. Ioan. 4. 23. & 9. 31. & 14. 13. & 15. 7. & 16. 23. Act. 1. 14. & 2. 42. & 4. 24. & 10. 2. Rom. 8. 26. & 12. 12. 1. Cor. 14. 13. Ephes. 6. 18. Coloss. 4. 2. 1. Theff. 5. 17. 1. Tim. 2. 1. Hebr. 13. 18. Iac. 1. 6. & 4. 3. & 5. 13. 1. Pet. 3. 12. 1. Ioan. 5. 4. Apocal. 19. 2. 10. & 22. 9. 9.

Orationes, que sunt, quemadmodum oportet, exaudit Deus, Genes. 16. 11. & 21. 17. Exod. 2. 24. & 3. 7. & 6. 5. & 22. 9. 33. 27. Deut. 4. 7. & 15. 9. 1. Sam. 7. 2. 9. 10. & 9. 16. & 12. 18. 2. Sam. 22. 7. 4. 7. 1. Reg. 13. 6. & 17. 22. & 18. 36. 2. Reg. 13. 5. & 20. 5. 2. Paral. 32. 22. & 33. 13. 4. Esai. 15. 7. Tob. 3. 24. Iudic. 4. 8. 12. Psalm. 3. 5. & 4. 2. & 10. 13. & 18. 7. & 22. 25. & 34. 7. & 50. 15. & 55. 17. & 118. 1. & 120. 1. & 145. 19. Prou. 15. 29. Eccl. 4. 9. & 21. 6. & 36. 9. 24. 26. & 48. 22. Esai. 50. 19. & 37. 2. 15. 21. & 55. 7. Iere. 29. 12. Thren. 3. 56. Daniel. 13. 44. Iona 2. 3. Zach. 13. 9. 2. Machab. 3. 22. Ioan. 9. 31. Act. 10. 4.

Orationes quorundam quare non exaudit Deus, Deut. 1. 45. & 31. 18. Iudic. 10. 1. Sam. 8. 18. 4. Esai. 1. 26. Psalm. 18. 42. Prouer. 1. 28. & 15. 29. & 21. 13. & 28. 9. Eccl. 34. 29. 31. Esai. 1. 15. Ierem. 7. 16. & 11. 2. 11. 14. & 14. 12. & 15. 1. Ezech. 8. 18. & 14. 2. 15. 2. Mich. 3. 2. 4. Zach. 7. 2. 13. 2. Machab. 9. 13. Ioan. 9. 31. Hebr. 12. 17. Iac. 4. 3. Orationes piis necessariae, Rom. 15. 30. Phil. 4. 6. Coloss. 4. 2. Iac. 1. 5. & 5. 13. 1. Pet. 4. 7. Orationes publicæ, quo idiomate concepi debeant, 1. Corin. 14. 9. 15. 16. Orationes statim horis fiebant, Act. 3. 1. Orationes Sanctorum, suffragium & odoribus comparatæ, Apoc. 5. 8. Orationes quomodo impediuntur, 1. Pet. 3. 7. 1. Cor. 7.

Oratio in occulto & propatulo, Matth. 6. 6. 5. Orationis domus, 1. 13. Marc. 11. 17.

SENTENTIAE BIBLICE.

Oratio debet esse fructifera quoad utilitatem postulationem.

Respondens autem (filiis Zebedæi) Iesus, dixit : Nescitis quid petatis. Matth. 20. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Ioan. 16.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. ibid. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat. Paulus orans pro simuli ablatione audiuit : Sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12.

Fides

Fidei perfectionem.

Et omnia quae cumque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Matth. 2. & Marc. 11.*
 Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Non ergo existimet homo ille (dubitans) quod accipiat aliquid a Domino. *Iacob. cap. 1.*

Humilitate.

Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Leuit. 19.*
 Subditus esto Domino, & ora cum. *Psal. 36.*
 Respexit in orationem humilium. *101.*
 Quia orat Deum in oblatione, suscipietur, & deprecatio illius usque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. *Ecc. 35.*
 Deprecationem laesi exaudiet Deus. *ibid.*
 Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, & audi. Neque enim in iustificationibus nostris prosterminamus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis misis. *Dan. 9.*

Integra quoad affectionem.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. *Psal. 16.*
 Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. *118.*
 Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. *140.*
 Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. *144.*
 Et non iteres verbum oratione tua. *Ecc. 7.*
 Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. *18.*
 Quum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant in Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Men dico vobis, receperunt mercedem suam. *Matth. 6.*
 Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, & c. *ibid.*
 Ve vobis Scribae Pharisei hypocritae! qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc longius accipietis iudicium. *Matth. 23. & Luc. 20.*
 Orabo spiritu, orabo & mente. *1. Cor. 14.*
 Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestras innotescant apud Deum. *Phil.*

Continuationem.

Melior est finis orationis, quam principium. *Ecc. 8.*
 Non impediatis orare semper. *Ecc. 18.*
 Videte, vigilate & orate: Nescitis enim quando tempus sit. *Mar. cap. 13.*
 Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt, & stare ante Filium hominis. *Luc. 21.*
 Sine intermissione orate. *1. Thess. 5.*
 Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. *1. Tim. 2.*

Segregationem.

Quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matth. 6.*

Oratio Deum inclinat.

Eritque antequam clament: ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam. *Esa. 65.*
 Petite, & dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quaerit inuenit, & pulsanti aperietur. Si ergo vos cum sitis mali, nostris bona data dare, filiis vestris, quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit Spiritum bonum petentibus se. *Matth. 7. Luc. 11.*
 Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. *Ioan. 14.*
 Respicite filii nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permanit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & desipxit illum? *Ecclesiast. 2.*
 Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. *3.*

Hostem superat spiritalem.

Hoc autem genus non eijctur nisi per orationem & ieiunium. *Matth. 17.*

Corporalem.

Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. *Psal. 50.*
 Orationis exauditionem impedit gratia iniquitatis. *cap. 35.*
 Iniquitatem si, aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. *Esa. 27.*

Inuocabunt me, & non exaudiam; eo quod exortum habuerint disciplinam. *Prov. 1.*

Longe est Dominus ab impiis, orationes enim iustorum dicit. *15.*

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & respicitur, & non exaudietur. *21.*

Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit inanis. *28.*

Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua: propinquabit faciem Domini, & minue offendicula. *Ecc. 17.*

Relinque proximo, & c. *Vide Dilectio inimicorum. 28.*

Et quum extenditis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. *Mala. 3.*

Ecce non est abbreviata manus Domini, vt saluare sepe aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestrae uerunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra auertunt faciem eius a vobis, ne exaudiret. Manus enim vestrae, & sanguine, & digiti vestri iniquitatem. Labia vestra locuta sunt iniquitatem, & lingua vestra fatur iniquitatem. Non est qui innotescat tiam, neque est qui iudicet vere, sed confidunt in nihil & loquuntur vanitates. *59.*

Nos inique egimus, & ad iracundiam provocauimus, & innoxorabilis es. *Thren. 3.*

Opposuiti nubem tibi (peccatorum) ne transiret oratio tua. Ergo & ego faciam in furore, non parcat oculus meus in te. *140.*

rebor, & quum clamauerunt ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. *Ezech. 8.*

Filii hominis, terra cum peccauerit mihi, vt praedictum est, & cetera. *140.*

panis eius, & interficiam de ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Job, iustitia sua liberabunt animas suas: filium & filiam non habebunt. *14.*

Cum stabitis ad orandum, dimitte si quid habueris in oculis, vt & pater vester qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra. *Matth. 6.*

Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, vt in conspectu vestris infirmatis. *Iac. 4.*

Promouet virtutis operatio. *Tob. 12.*

Bona est oratio cum ieiunio. *Tob. 12.*

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudivit eos, & ex omni bulationibus liberauit eos. *Psal. 35.*

Exorabit & facere elemosynam ne despicias. *Ecc. 7.*

Cum quod extruit vnus, alter destruit, quid proderit illi ad vtrumque? Cum quod precatur alius, alius deprecatur, vocem exaudiet Dominus? *34.*

Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. *Ioan. 9.*

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quaeque volueritis petitis, & fiet vobis. *19.*

Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. *1. Cor. 10.*

Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, sed inuocauerimus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiamus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea, quae sunt placita, seruamus facimus. *2. Ioan. 3.*

Fraternalis combinatio. *1. Cor. 10.*

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis concordauerint super terram, de omni re quaecumque petierint, fiet illis in caelis. *Matth. 18.*

Orationis suffragium impetrat peccatorum remissionem. *cap. 4.*

Et rogante pro eis sacerdote, propitius eis erit Dominus. *1. Cor. 10.*

Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. *ibid.*

Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui moratus est, & resurrexit, qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Rom. 8.*

Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per se ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. *ibid.*

Boni consecutionem. *cap. 6.*

Filii in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Deum, & exaudiet te. *Ecc. 38.*

Frater voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum pro illis in salutem. *Rom. 10.*

Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione, pro omnibus Sanctis & pro me, vt deur mihi sermo in operibus, & cetera. *1. Cor. 10.*

Scio enim quia hoc mihi proficiet ad salutem per vestram orationem. *Phil. 1.*

Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orare. *ibid.*

Dei. Gratia enim saluati estis, vt dicit Apostolus. Non enim hæc arrogancia est, sed fides, prædicare, quod acceperis, non est superbia, sed deuotio, ergo attolle oculos ad patrem, qui per lauacrum te genuit ad patrem, qui per filium te redemit, & dic, Pater noster, bona præsumptio, sed moderata, patrem dicis, quasi filius, sed noli specia- liter tibi aliquid vindicare, solius Christi est pater specialis, nobis omnibus in commune est pater, quia illum solum genuit, qui nos creauit. *Matth. 6.*

Despiciuntur orationes leues, diffidentes, inutiles, seculi curæ anxie, plenæ rerum corporalium, implicite, bonorum operum fructibus infecunda. *in Psal.*

Egredientes de hospitio armet oratio: regredientibus de platea occurrat antefessio, ne prius corpusculum requiescat quam animam pascat. *Hier. in Ep.*

Moses ad bella non vadit, sed orat, & tum vincit Israel. Orat ergo sacerdos Ecclesiæ indefinenter, vt vincat populus inuisibiles Amalecitas, nempe demones. *idem in Leu.*

Dominus noster scilens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi in igne excoctum iustiorẽ & puriorẽ faciat. *in Habac.*

Ille Deo veram orationem exhibet: qui semetipsum cognoscit, quia puluis sit humiliter videt, quod nihil sibi virtutis tribuit, qui bona quæ agit, esse de misericordia Conditoris agnoscit. *Gregor. in moral.*

Quando fidelis, & humilis, & feruens oratio fuerit, cælum sine dubio penetrabit: vnde certum est, quod vacua redire non possit. *Bernard.*

Nemo nostrum parui perperat orationem suam: dico enim vobis, quod ipse ad quem oramus, non parui pendit eam. Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scribit eam in libro suo, & vnum in duobus indubitanter sperare possumus: quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nouit vtilius. *ibid.*

Pro se orare necessitas cogit: pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur: dulcius autem ante Deum est oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. *Chrysof. super Matth.*

Non voce clamosa pulsandus est Deus, sed conscientia recta placandus, quia non est vocis sed cordis auditor. Orans nihil nouum faciat, quod aspiciant homines: nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos tollat, vt notabilis fiat. *Chrysof. super Matth.*

Dicendo, Pater noster, & veniam peccatorum, & poenarum interitum, & iustificacionem, & sanctificationem, & liberationem, & filiorum adoptionem, & hæreditatem Dei, & fraternitatem cum vniuerso copulatam, & sancti Spiritus dona largissima, vno sermone significauit. *ibid.*

Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare & legere: nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur, cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur: omnis profectus ex lectione & meditatione procedit. *Isid. de sum. bon. lib. 3. c. 8.*

Hoc est remedium eius, qui vitiorum tentantis æstuat, vt quoties quolibet vitio tangitur, toties orationem subdat: quia frequens oratio impugnationem vitiorum extinguit. *ibid.*

Quid prodest strepitus labiorum, vbi cor est mutum? Sicut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorum, sic oratio sine deuotione, est quasi mugitus bouum. *ibid.*

Oratio cordis est, non labiorum: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit. Melius est cum silentio orare corde sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis. *ibidem.*

Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata, hoc est, si aut quisque adhuc mala committit: aut si delinquenti sibi debita non dimittit.

Multum iuuat orationis puritatem, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam: quæcunque enim sæpius agere, loqui vel audire solemus, eadem necesse est sæpius ad animum, quasi solitam propriam que recurrant ad sedem: & sicut suæ volutabra siue palustria, columbæ limpida solent frequentare fluuenta, ita cogitationes puram mentem immundæ perturbant, castam spirituales sanctificant. *Bed. de templo Sal.*

Quomodo obtinebit quis vt in oratione sensus eius non vage- tur: si certus sit adflicere ante oculos Domini. *Basilium in Hexam. libro 3.*

Sicut nullum in vulnere proficit medicamentum, si adhuc in eo ferrum sit, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolus in mente, vel odium manet in pectore. *Isid. Etym. lib. 6.*

Non dicimus, pater meus: sed, noster: nec da mihi: sed, da nobis: quia Christianitatis magister noluit priuatim preces fieri: vt scilicet quis pro se tantum precetur, vnum enim orare pro omnibus voluit, quando in vno omnes ipse portauit. *Cyp. de oration. dom.*

Ipsi est oratio perfecta: cuius & causa clamat, & lingua, & actus, & sermo, & vita, & cogitatio. *Cass. super Psal. 16. Exaudi dominum.*

...implentur, vt impleantur agnitione voluntatis eius, in o-
...intellectu spirituali, vt ambuletis digne Deo per o-
...Coloss. 3.
...vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes si-
...vobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquē-
...Christi. 4.
...vs Ephras, qui ex vobis est seruus Iesu Christi, semper
...vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni
...Dei. 3.
...etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos voca-
...Deus noster. De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo
...clarificetur, sicut & apud vos: vt liberemur ab impor-
...hominibus. 2. *Theff. 2.*
...igitur primum omnia fieri obsecrationes, orationes,
...gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro re-
...clarificetur, sicut & apud vos: vt quietam &
...qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam &
...viam agamus in omni pietate & castitate. 1. *Tim. 2.*

Periculi euasione.
...ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Chri-
...sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationi-
...Deum. *Rom. 15.*

PATRV M SENTENTIAE.

...languescent in orando, & in nouitate conuersionis suæ
...postea frigide, postea frigide, postea negligenter,
...vigilantibus, dormis tu. *Aug. in Psal. 65.*

...locutio est ad Deum: quando legis, Deus tibi loqui-
...Deo loqueris. *in Psal. 85.*

...in toto corde clamatur, quando aliunde non cogita-
...crebræ paucis, vtrum nec cui-
...Psal. 118.

...si pura est, si casta fuerit, ocelos penetrans vacua non re-
...ferm.

...fratres in Agypto crebræ quidem orationes habere,
...tamen & raptim quodammodo iaculatas, ne illa
...creta, quæ oranti plurimum necessaria est per pro-
...moræ euanescat, atque hebetetur intentio. *Ad Pro-*

...supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & miseri-
...miseri corditer non auditur. Quid enim in sermo
...magis nouit medicus quam ægrotus. *in lib. sententiarum*

...pluribus verbis res multiplices comprehendit: vt sic ci-
...fidei: sufficientia suæ salutis addidisset, & pruden-
...profunditate mysteriorum stupefceret. *in gl.*

...oranti est subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus autem
...fer.

...Deo latratus canum, mugitus bouum, grunntus por-
...cantus clericorum luxuriantium. *August.*

...animæ sanctæ prædium, angelo bono solatium,
...gratum Deo obsecrum, & poenitentis re-
...perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta.

...opus, Deum quem precamur diuturna & pia cordis ci-
...nam plerumque hoc negotium plus gemitibus,
...agitur: plus stetit, quam afflatu. *ad Dioc.*

...duæ orationis, quibus volat ad Deum, si ignoscis de-
...de. *in ser. de quadr.*

...ora, clama non voce, sed mente. Nam & tacentes exaudit
...locus, quantum sensus. Hieremias confortatur
...inter leones exultat. Tres pueri in fornace tripu-
...in sterquilino triumphat: paradysum de cruce la-
...non est locus, vbi non sit Deus. *in ser.*

...deficias in oratione, Deus quod concessurus est si differ-
...non leuitate vitur, qui promittit: non facile de sententia
...quod promittit, est fixum: fallere non potest: habet vnde
...Psal. 65.

...puræ magna est virtus: & velut fidelis nuntius, manda-
...pergit, quo caro non peruenit. *ibid.*

...efficio efficiuntur: duritiam cordis emollit: austeri-
...temperat: icium dulcificat. Sicut enim sine potu non est
...fectio, sic & icium sine refectioe orationis non potest
...nutrire. *in quodam ser.*

...pura, simplex, diuicia atque manifesta, plena grauita-
...non affectata elegantia, sed non intermissa gratia.

...breuis est oratio, & omnium plena virtutum, primus
...quantæ est gratia. O homo! faciem tuam non audebas ad
...ollere, oculos tuos in terram dirigebas, & subito accepisti
...Christi, omnia peccata dimissa sunt: ex malo seruo factus es
...filius: ideo præsume non de operatione tua, sed de Gratia



